Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Favtor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library

5 PATERFAMILIAS nõ valens, verbo, nec verbere corrigere famulos, ſi expulſio, vel neceſſariorum negatio eis ad correctionem proficeret, debet illis vti argument. eorum quæ not. in capi. non omnis. 5. quæſtio. 5. Secus ſi propter huiuſmodi licẽtiùs peccaret, nõ tenetur expellere, ſed faciat quod poteſt: quia excuſatur. capit. quantum licet. 47. diſtinctio. & capit. ſequenti. Ad plus enim non tenetur quã ſciat, & poſſit.

6 FAMVLVS requiſitus per obediẽtiam ſuperiorum, vt reuelet delictum domini ſui, non tenetur, ſi criminaliter proceditur. capitul. lege iulia. cl. 2. 4. q. 4 Secus ſi ciuiliter procedatur, dummodò ex hoc nullũ malũ ſibi immineat: quia nullus tenetur, cum ſuo malo bonum tẽporale proximi procurare. Aliter in denunciatione hæreticorum, vbi de bono ſpirituali agitur.

7 SI paterfamiliàs crudelis, facit iurare familiam de veritate dicenda, nõ eſt ei parendum: ſecundum Dur. & illicitum fuit iuramentum. Si verò eſt manſuetus, & probabiliter creditur, quòd non niſi rationabiliter procedet, tunc ſi poteſt probare, tenetur dicere veritatem, ſi verò non poteſt probare, non debet reuelare, niſi ei qui poteſt prodeſſe. & non obeſſe, & ſi alio modo iurauit, iuramentũ non tenet. argu. c. quiſquis. 23. q. 4. ſuprà. Correctio § 7. & 8.

2 SI quis conuenit cũ aliquo patrefamiliàs coquere panes, vel lauare pannos, &c. pro tota familia determinata: vtputa pro 40. perſonis. aucta familia, vel diminuta, tenetur augere pretiũ, vel diminuere. Si verò numerus erat indeterminatus: vt ſunt conuentus fratrum, qui aliquando ſunt plures, aliquando pauciores, non augebitur, neque minuetur ſalarium, licẽt plures, vel pauciores ſint. Facit c. quanto. de cenſi. & Panorm. ibi. Si tamen nimis grauaretur, per iudicis officium ſibi prouidebitur, ſed in conſcientia non tenebitur prouidere tantæ multitudini, & econuerſo, neque conuentus tantum ſoluere, ſi notabiliter minuatur: quia contrariorum eadem eſt diſciplina.

9 SI famulus non conuenit cum domino de ſalario, & erat conſuetus locare operas ſuas, & dominus conducere famulos ſalario, dominus ſoluet vſque ad ſummam ſalarij, quo alium fuiſſet conducturus. arg. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. ſed ſi conductus fuit pro mercede ad domini arbitrium, ſic iudicio boni viri taxabitur: vt not. Archi. in c. ſunt nonnulli. 1. q. 1.

10 DOMINO nolente famulo debitam mercedem ſoluere, ſi famulus occultè ſurripiat tantum, quãtum debet habere: ſecundum Ric in 4. ſen. di. 15. licẽt peccet in modo accipiendi: tamẽ non tenetur ad reſtitutionem. Ego autem dico, quod quando alio modo commodè non poteſt habere, ſi ſecretè ſine ſcãdalo, & periculo poteſt accipere, non peccat: quia nõ alienum, ſed ſuum accipit: debet tamen ſi poteſt agere, prout iuſtitia exigit, ſi nõ poteſt, eſt excuſatus. Ab huiuſmodi tamen acceptionibus abſtinendum eſt, propter ſcandala, quæ ſolent oriri ex his, & homo non ſeruat ſic ſemper iuſtitiæ æqualitatem.

FAMILIARITAS.

1 FAMILIARITAS cum mulieribus clericis eſt prohibita. de coha. cle. & mul. per totum. & c. interdixit 32. di. tum propter periculum, tũ propter ſcandalum.

2 CVM dæmonibus familiaritatem habere non licet: ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ. q. 90. art. 2. & 3. quia ſemper decipere conantũr: vt dicit idẽ 1. q. 89. a. 4.

3 PROPTER magnam familiaritatem iudex poteſt recuſari: ſecundum Pan. in c. inſinuante. de of. deleg. Feli. & Hoſti. familiares dicuntur conſanguinei, colonus aſcriptitius, mercenarius, filius in poteſtate, & breuiter habitantes in domo. d. c. inſinuante.

FAVTOR.

FAVTORES hæreticorum: ſecundum Petr. de Pa. in quarto ſenten. aliquando fauent eis facto, mitendo alimo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alimoniã, vel huiuſmodi. Vel verbo, vt dicendo, iſti ſunt boni viri, iniuſtũ eſt eos perſequi, &c. vel omiſſione: vt quando hi qui poteſtate funguntur, omittunt eos capere, inquiſitore mandante, vel non fauendo inquiſitori, & omnes tales, ipſo facto ſunt excommunicati, ſicut hæretici, quando ſcilicet oſtendunt vitium ſuum per aliquem actum exteriorem, vel etiam ſi omittunt facere, quæ tenentur: ſecundum Archi. in c. quicunquè. de hære. libro ſexto. Item fautor eſt, qui ad requiſitionem inquiſitoris non reuelat, ſed celat, & qui habet iuramẽtum reuelandi, & non reuelat. Item qui eos aſſociant, viſitant, præſtant auxilium ad fugiendum opere, vel verbo, fundentes preces pro eis ne puniantur. intellige omnia ſupradicta, quando ſcienter faciunt, & ſunt omnes excommunicati. per capitu. vt inquiſitionis. de hæreti. libro ſexto. §. prohibemus. ſuprà, Excommunicatio nona & decima. Vide Tabul. Excommunicatio 5. caſu 4. §. 8. Fauere etiam criminoſis hominibus, ſine culpa eſſe non poteſt, quum illis audaciùs peccãdi præſtetur occaſio.

FOEMINA.

1 FOEMINA ingrediens religionẽ, poteſt tonſurari. nec obſtat c. vxoratus de conuer. coniug. quia conſuetudo eam excuſat. Illud capit. non loquitur de tonſura, quæ dicitur clerica, ſed de ea, quæ fit vſque ad aures capillos incidendo, & hoc prohibetur mulieribus volentibus in ſeculo remanere. c. ſi qua mulier. 30. diſtin. De ingredientibus verò religionem, loquitur glo. in clem. attendentes. de ſtat. reg. & eas nititur ſaluare ob conſuetudinem, remanentes verò in ſeculo, ſi tonſurantur ex ſuperſtitione, vel alio malo fine, mortaliter peccãt. per c. quicunquè. diſtinct. 30. vbi dicitur anathema ſit. ſecus quando faceret ex neceſſitate aliqua, vel leuitate: quia c. quicunquè. intelligitur ſecundum Archid. ibi. quando ex ſuperſtitione faciunt, vel alio fine malo, qui ſit mortalis.

2 FOEMINIS prohibetur vti veſte viril. in d. c. ſi qua mulier, & prohibetur non tanquam mortale de ſe, ſed ſi hoc facit malo fine, qui ſit peccatum mortale, vt ſcilicet licentiùs vacet libidini, & huiuſmodi tũc mortaliter peccat: & econuerſo, ſi vir veſte muliebri vtatur eodẽ modo. Etiam propter ſcãdalum poſſet eſſe mortale, à quo quilibet cauere ſemper tenetur.

3 FOEMINIS prohibetur primò prædicare. in c. mulier. diſt. 32. & docere publicè, quãuis monialis in ſuo capitulo poſſit exhortationem facere ſedendo. Secundò, audire confeſſiones, & alijs benedicere. in c. noua. de pœnitent. & remiſ. Tertiò, tangere vaſa ſacra & ſacratas palas. capi. ſacratas. 23. diſtinctio. quamuis Caiet. dicat, quòd poſt primam lotionem poſſunt tangere, & repetiare ſupra corporale. Quartò, incenſum circa altare deferre. de conſecra. diſtincti. 1. capitul. veſtimenta. Quintò, accedere ad altare, & miniſtrare presbytero, vel intra cancellos ſtare. capitul. 1. de cohabitation. clericor. & mulier. Sextò, exercere actum alicuius ordinis. in dicto capitul. noua. iudicis, ſeu magiſtratus officium gerere, niſi in caſibus, de quibus glo. in. §. 1. decimaquinta quæſtio tertia. Septimò, poſtulare, vel procurare, niſi in propria cauſa, vel ſuorum. in dicto. §. 1. Octauò, teſtificari vel trahi ad iudicium cauſa ferendi teſtimonium contra eius voluntatem, in his quæ in iure non exprimuntur. Nonò, accuſare, niſi in certis caſibus, de quibus in dicto §. 1. & multa alia prohibentur fœminis propter ſexus infirmitatem. & facilem peccandi occaſionem, quæ etiam nec detrudi pro aliquo debito, vel incarcerari poſſunt.

FESTVM SIVE *Feriæ*.

FESTA ſecũdum Ar. floren. 2. par. tit. 9. c. 7. dicuntur feriæ, eò ſcilicet quod præſtant vacationem ab his, quæ in foro iudiciali agi cõſueuerunt

2 FERIARVM quædã ſunt repentinæ, quædã tẽporaneæ, quædam ſolennes.